

P R Æ F A T I O

tur Quintilianus lib. I. Instit. Orat. c. 18. ratus hanc omni
 etate, pueris ad acuenda ingenia esse utilem, alijs propter nume-
 ros & formas, ad publica obeunda ministeria summo necessari-
 am. Justitiam insuper, proportionem Geometricam & Arithmetica
 distribuimus, qualem præter alias Pandectarum & Codicis LL.
 Cujacius ad L. si ita scriptum. D. De lib. & posthumis, explicat:
 Aristoteles in distributivam, quam appellat Διαμεμητικὴν, &
 commutativam, sive ἀλλοακτικὴν, dividit. Si rem familiarem ad-
 ministrandam suscipis, messis aut arationis tempus ignoras, cur-
 sum siderum, atque adeo Hesiodum consulas licet;

Πληιάδων ἀτλαχθέων Ἰπτελλουμάων

Ἄρχεθ' ἀμητὲ ἀρόπιον ἢ δυσσομαίον,

Damus itaque methodo Ptolomæicâ seu Ortelianâ, cœle-
 stium siderum, quotquot hodiè extare comperimus Schemata,
 situs. & Schediographias, terminum descriptionis Eclipticam,
 observantes, simili formâ, curâque hætenus (si rectè judico) mi-
 nimè delineatas, rarò nunquam ejusmodi, & ut decet reperiuntur
 perfectæ. Sunt ex descriptionibus Hipparchi, Ptolomæi, Alphon-
 si, & Copernici, per iychonem Brabe ad trutinam examinata,
 nostròque diutino intercisarum horarum labore adaucta, & tui
 ingratiâ commodùmque, benevole lector, in publicum emissa.
 Habes quasi omnia ab antiquis frequentata constellationum no-
 mina, apta juxta ac inepta, Barbara, Arabica, Babylonica. Per-
 sica, dimidiata, & ut ita loquar, dilaniata, non autem eo animo
 excusa, ut barbariem inde haurias, sed potiùs tanquam contra-
 rium juxta se positum magis elucescens, in saniozem & classico-
 rum te traducat sententiam. Plurima igitur mala & corrupta,
 ac quidem amplius huc necessariò translata, tibi adversanda
 multa bona & polita, antiquorum auctorum nominibus conno-
 tata, tibi unice amplexanda. Hujus mirandi ratio nulla est, vo-
 cabula